

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXXXIII. Textu ad fontes suos reducto & cum antecedentibus ac
consequentibus, Locisque similibus probe collato, de Methodo dispicitur &
cogitet, quam sequi velit in exponendo textu.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

LXXXIII.

Textu ad fontes suos reducto & cum antecedentibus ac consequentibus, Locisque similibus probe collato, de Methodo dispiciat & cogitet, quam sequi velit in exponendo textu.

Εὐκλιδους.

Certus jam Concionaturus de textus sui legitima versione & dextra interpretatione, sensu item genuino & scopo, dispiciat ante omnia *Methodo Translationis*. Methodus autem Concionandi communiter duplex statuitur; *analytica*, seu *Paraphrastica*, quæ & *Naturalis*, & *Rhetica*, quæ etiam *artificialis* & *thematica* dicitur. Addunt nonnulli tertiam speciem, *Methodum* videl. *Heroicam*, quæ deficiente D. Schleupnero, Lib. I. de quadruplici *Methodo* Concionandi cap. I. est *genus dicendi* εὐκλιδους, ubi verbi caelestes doctores, peculiari spiritu & divina virtute præditi materiam quandam sacram, omisâ plerumque partitione & suppressâ propositione, neglectisque aliis Logicis & Rhetoricæ requisitis ad spiritus S. dicta-

Kk

met

men & incitamentum, Zelo, sapientiâ & dexte-
ritate admirabili, inftar orationis propheticae &
Apostolica pro concione tractant. Hac Metho-
do Heroicâ usum fuisse B. Lutherum, & qui ipsi
spiritu, doctrinâ, Zelo & stylo præ cæteris The-
ologis illo tempore conformis fuit, Joachi-
mum Morlinum, idem Schleupnerus docet loco
jam citato; ast Megalindrum Lutherum, po-
sterioribus præsertim annis, non ἀμερόδως
prorsus concionatum fuisse, ut fulgò putatur,
ex Postillis ejus Ecclesiasticis & Domesticis, ali-
isque concionibus pluribus videre est. Confer
M. Rebhan Concionat, cap. IV. Monit. IV. pag.
182. seq. Quicquid sit, Methodus illa Heroicâ
ἀρετῇ, ἀμερόδως cum autoribus suis dudum
obit, ac inimitabilis est. Methodus verò Ana-
lytica in ordinatione & explicatione textus
occupatur, textum in suas partes resolvit, earum
verba & phrasas perspicuâ circumlocutione
explanat, quid Spiritus S. in illis sibi velit, indica-
cat, & Locos communes seu doctrinas inde flu-
entes subnectit. Dicitur hæc Methodus na-
turalis & textualis κατ' ἐξοχήν, quia textum in
suâ naturâ considerandum proponit, & ex ipsis
textus visceribus desumpta est, à quibusdam
vocatur Brentiana & Hunniana, à B. Brentio &
Æg. Hunnio, qui eam frequentius adhibuerunt,
& præ

& præceptis illustrarunt. *Synthetica* ex toto
 textu, ejusque scopo certum *thema* seu doctri-
 na aliquod caput seliget, idq; in argumentum
 Orationis assumit, & certo modo tractat, argu-
 mentis non solum in finis, sed etiam aliunde as-
 sumptis. Sed ista doctrina sparsis per omnem
 textum radicibus, tractoq; undiq; succo, in eun-
 de truncum surgat, oportet. Vide *B. D. Carpzovium*
 in *Hodeget.* Membr. I. Aphor. X. §. I. Hæc
 Methodus appellatur etiam *Thematica* & *arti-*
ficialis, quia ipsum textum certo alicui themati
 includit, majoremque requirit artem, curam &
 industriam, quam Methodus *Analytica*. Item-
 que *Pancratiانا*, à *M. Andrea Pancratio*, apud
 Variscos Curientes olim Superintendente, qui
 Methodum Concionandi peculiarem edidit.
 Ad Methodum *Syntheticam* referenda quoq;
 est *articulata* seu *terminata*, quæ quæstiones
 vel assertiones ad articulum aliquem fidei spe-
 ctantes resolvit & proponit, Methodum enim
articulatam & *Thematicam* reipsa non differ-
 re, sed unius Methodi *Syntheticæ* distinctas es-
 se formas, docent præstantissimi Methodistæ.
 Quilibet ergo textus tractatur vel *Analyticè*,
 h. e. secundum seriem textus & naturalem ar-
 gumentorum istius connexionem; vel *Synthe-*
ticè, h. e. adhibita artificiali quadam dispositio-

ne, ubi una principalis doctrina, in quâ reliquæ includuntur, proponitur & per argumenta infusa & alionde assumpta explicatur. *Præcellit inter omnes, Methodus Paraphrastica seu Hunniana*, inquit B. D. Christian. Chemnitius, in *Methodo Concion.* pag. 196. *Quia optime quadrat ad scopum Concionatoris, quæ est; Textum propositum dextrè & perspicuè explicare, ut audientes ejus genitimum sensum capiant & intelligant, atquæ deinde monstrare ejusdem applicationem & usum. Et propterea est etiam facilior, nec coacta. In articulata autem sive thematica, nisi felix & exercitatus sit Concionator, facile accidere potest, ut tractatio textus fiat nonnihil violenta & coacta. In paraphrastica verò illa omnia fluunt suâ quasi sponte. Et frustra obijciunt, paraphrasin non posse variari, contrariam enim sat clarè ostendit Rebhan in Concionat. pag. 199. Hæc ille. Præfert quoque à B. Chemnitio jam citatus M. Rebhan Concion. cap. IV. monit. VI. Methodum Paraphrasticam seu Analyticam, Syntheticam seu articulata & Localem, eam ob causam; quia articulata, quam vocant, ratio docendi coactior est, nec ratio in eadem multa è textu, præter scopum auctoris coguntur explicationis vel confirmationis loco proferri, saltem ansa qualitercunque*

cunque oblatâ, quæ Auditorum animos non satis certos reddere possunt. --- Secus autem rei habet in methodo paraphrasticâ, ubi liberior à & solâ diora omnia. Caterum in Methodo Synthetica seu artificiali Analysis vel Exegesis textus non est negligenda. Methodus enim artificialis ex naturali fluat, hancque illa includat. Attendendum quoque in Methodo Thematica, ut omnia membra textui insint, ne vis textui inferatur, sed cuncta sponte inserviant probationi. In Analytica verò Methodo vel integer textus paraphrasi illustratur, & post absolutam totius textus analysis doctrinæ subjunguntur, vel cuilibet parti explicata doctrina inde fluens immediatè annectitur. Textui itaq; accurate perpenso, ad Fontes suos deducto, & cum antecedentibus & consequentibus, locisq; parallelis probè collato determinare debet Cōcionator, utrum velit textum per partes suas *Analyticè* enarrare sive naturalem textus ordinem cohesionem in explicatione illius sequi, an verò *syntheticè* seu *Dogmaticè* incedere, & de uno aliquo themate textui conveniente differere & docere. Nam omnes Conciones ad unam ex hisce duabus Methodis, sive *Analyticam*, sive *syntheticam* referri debent, cum præter has duas alia non detur. *Chrysost.*